

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. XXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

milititer annotatum: Purificationis ob. Rudolphus  
Marchio senior de Baden.

225.

Conjux Gutta, comitissa de Strasberg, ante maritum  
decesserat, ibidem sepulta cum hoc epitaphio:

Ano Domini MCCCXXVII. ob. Gutta marchionissa  
VI. Calend. Aprilis.

Huius seu pater seu frater etiam istic sepultura locum  
invenerat, nam et hoc epitaphium videre est:

Ano Dni MCCCVI. in Vig. S. Joannis Bapt. ob.  
Bertholdus, comes de Strasberg.

## Cap. XXX.

De Marchionibus Hochbergensibus  
Henrico III. Rudolpho III. Hermano II.

Hos filios tribuit Historius Henrico, Rudolphi Cæ-  
saris Archistratego, quem ille tertium computat,  
ego vero considerata ratione temporum prorsus exi-  
stimo, non nisi secundum fuisse.

Henricus itaq; III. Secundi filius, in divisione patri-  
monij sibi Hochbergam retinuit, vixit adhuc juxta  
Historium año 1324. Uxor Agnes fil. Ulrici Com.  
de Hohenberg año 1310. filios ei genuit Herman-  
num III. Henricum V. de quibus postea. Ipsa decepsit  
año 1315. sepulta Tennebaci, cum hoc epitaphio:  
Ano Dni MCCCXV. Id. April: ob. Nobilis Domina  
Agnes Marchionissa de Hochberg, filia Dni Ulrici

quondam Comitis de Hohenberg; Nota, fallax illud Manuscriptum saepius memoratum nec inter Hochbergios, nec inter Hochbergios, ut vocat, illius meminisse Virici necum tamen ex hoc Epitaphio satis innolescat, aliquem eo nomine existisse Comitem Hohenbergensem.

Rudolphus III. titulum quidem Marchionis Hochbergensis non dimisit, Landgraviatum vero Brisingoviae, et Susenberga ipse rexit a morte patris ad aetatem usque 1315. vel 14. ut vult idem Gifforius: At mihi videtur, ulterius protraxisse vitam, nam in Repertorio Documentorum Hochbergensium haec invenio;

Itan nū Vidimus stou celt Josannū stou Innu-  
 bay, Erwin nū binst bagristu stou Murggraw  
 Rudolf stou Hochberg, stou pfilip longan, Sin na  
 Jarvan Multan stou Knytauburg prium Vesta-  
 gno pfilip nū, in Sin Joannu Kostwil,  
 Langnu, inu Hochberg: datirt 1319. Nisi forte  
 hoc ita intelligendum est, quod Abbatis attestatio  
 tali anno data sit, non autem ipsa Marchionis  
 littera.

Hermanus II. Ord. Equestris S. Joannis sive Rhodiorum  
 Equitū Prior per Alemāniam a. 1318. obiit 1321.  
 sepultus Fridurgi.

Ciencunda, et Elisabetha horum Sororis Sancti-  
 moniales in Adelhausen.